

# Urkunden und Akten zur Geschichte des Augustiner Chorherrenstiftes auf dem Grossen St. Bernhard (1503-1513)

Autor(en): **Büchi, Albert**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **12 (1918)**

PDF erstellt am: **23.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-121492>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

# Urkunden und Akten

## zur Geschichte des Augustiner Chorherrenstiftes auf dem Großen St. Bernhard.

(1503—1513.)

Herausgegeben von ALBERT BÜCHI.

---

### I.

*B.-A. Sitten, Lade 53, Nr. 9, ungedruckt.*

#### **1504 Sept. 24. Sitten, in castro Majorie.**

Ablaßbrief des Bischofs Matthäus Schiner zu Gunsten des Hospitalis *S. Nicolai et Bernhardi Montis Jovis* ord. *S. Augustini* — in loco alto, montoso, ventorum impetu turbinoso, glacierum spissitudine onerato ibidemque 7 opera misericordiae per religiosos et fratres ejusdem loci adimpleantur, sicuti pascere esurientes pauperes et peregrinos hospitare propter eorum affluentiam continuam itineris necessitate ducti et alia multa caritatis opera, que minime fieri ibidem possunt, cum facultates dicti hospitalis non sufficiant, nisi aliunde subveniatur.

Deshalb ermahnt er die Gläubigen, wenn Brüder, Boten oder Bevollmächtigte des Hospizes, versehen mit diesem Briefe, bei ihnen oder ihren Kirchen einmal jährlich betteln, sie nicht abzuweisen, sondern an den Unterhalt des Hospizes zu steuern, und daß an jenem Tage alle andern Kirchenopfer unterbleiben sollten. Er erneuert die alten Ablässe zu Gunsten der Wohltäter des Hospizes und fügt dazu noch aus eigener Vollmacht einen solchen von 40 Tagen.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Unterm 8. Januar 1461 wird dem Stift auf dem Großen St. Bernhard vom Papste verboten, daß irgend jemand ohne Ermächtigung des Kommendators oder Administrators für dasselbe kollektieren dürfe, s. *C. Wirz*, Regesten zur Schweizergeschichte aus den päpstlichen Archiven, 2. Heft, S. 54. Bern 1912.

Inseriert ist auch eine päpstliche Bulle, wonach diejenigen; die zu Gunsten des Hospizes testamentarische Schenkungen machen oder anderweitige Gaben zu seinen Gunsten spenden, von Reservatfällen absolviert und ihnen Gelübde umgewandelt werden können.

## II.

*Archiv Großer St. Bernhard, Nr. 171, ungedruckt.*

### 1510 März 3. Luzern.

Ernennung von Dr. Petrus Grand Domherr zum Prokurator des Großen St. Bernhard.  
Beschreibung der Lage des St. Bernhardshospizes und seiner Besucher. Vollmachten desselben.

In nomine domini. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat et sit manifestum, quod R<sup>mus</sup> etc. d. *Mattheus Schyner de Aragno*, etc. episcopus *Sedunensis*, etc. cupiens rebus suis utiliter et commode providere precipue tamen et specialiter, cum in diocesi *Sedunensi* et patria *Vallesii* infra utriusque spiritualis et temporalis domini districtum et jurisdictionem ac fines sita existat prepositura, hospitale sive domus S<sup>tor</sup>. *Nicolai et Bernhardi*, ordinis *S. Augustini*, canonicorum regularium sitque extracta eadem domus in cacumine montis *Jovis* vocati principaliter et ad eundem effectum, ut ibidem per religiosos dicti ordinis in divinis officiis deo laudes necnon in recuperatione quorumcunque pauperum divitumque opera misericordie dei persolverentur : Namque in magna distantia ab ipso hospitali citra ultroque in distantia unius medie diete nec bladum nec vinum nec alia quevis humanis usibus necessaria victualia immo neque ligna crescunt, sed quod amplius est, circa prefatum Hospitale fere per circulum aut certe quatuor partibus anni nec nives nec glacies desunt innumera, tamen diversarum regionum, nationum et linguarum utriusque sexus hominum multitudo, ut limina SS. apostolorum *Petri* et *Pauli* visitent <sup>1</sup> aut ut alia sua negotia pertractent, ibidem transire, hospicio recipi vinoque ac ceteris victualibus bene humanissimeque refici solent, quod non sine maximo sumptu et impensa fieri potest, immo neque sumptus et impensa sine christifidelium toto christiano orbe constitutorum auxilio, contributione et elemosinis persolvi et

<sup>1</sup> Vgl. dazu *Zettinger*, Die Berichte über Rompilger aus dem Frankenreiche bis zum Jahre 800. Freiburger Dissertation. Rom 1900 und *Oehlmann*, Die Alpenpässe im Mittelalter, Kap. II. Jahrbuch f. Schweiz. Gesch. II, 231 ff.

expleri possent. Cumque aliquot jam decursis annis commendatarii sive pretensi prepositi hospitalis ejusdem in premissis divinis et humanis obsequiis non modicos defectus atque neglectus facerent et plus de collectura proventuum quam de retributione elemosinarum solliciti existerent, prelibatus antistes intellectis defectibus antedictis tanquam episcopus ac superintendens primarius et principalis, ut decebat, volens defectus reparare et universa divine laudis ac pietatis opera pristinis usibus reinstaurare, manus suas adjecit atque apposuit, cumque sine proventibus, redditibus, fructibus, elemosinis ac emolumentis christifidelium persolvi debitis aut contribui solitis hospitalitatem et reliqua instaurare sive exolvere non posset, instituendum, erigendum, nominandum et constituendum duxit pro fructuum, reddituum, proventuum, questarum atque elemosynarum christifidelium recuperatione ac collectura facienda venerabilem spectabilemque virum et dominum d. *Petrum Magni*, utriusque censure doctorem consultissimum canonicumque *Sedunensem* ac secretarium consiliariumque prefati R<sup>m</sup> d. episcopi *Sedunensis* <sup>1</sup>, de cujus fide ac probitate vite per omnia confidit, eundemque *Petrum* per presentes constituit, erigit et nominat suum certum, specialem et verum et indubitatum suum procuratorem ac in premissis et subsequentibus rerum gestorem, datque donat et contribuit eidem *Petro*, capellano ac secretario suo, plenam et integram potestatem in tota *Germania* superiore et inferiore atque in omnibus finibus sive locis ser<sup>mo</sup> principi *Carolo*, regi *Castelle*, in toto ducatu *Burgundie* subjectis necnon in omnibus locis, diocesibus, terris et patriis, in toto *Romano* sacro imperio sitis atque eidem subjectis videlicet recuperandi, expetendi sive exigendi universos redditus, servitia, fructus, proventus cum remanentiis eorum necnon debita qualiacumque, sive sint sub annuali solita persolutione vel pro semel et de solutione sibi fienda perque debitores reddituarios sive arrendatores pro solutione facta quitantiam ac absolutionem persolutorum prestandi ac libere quitandi. Item dat, tribuit, ac elargitur idem dominus constituens prefato procuratori facultatem et potestatem arrendandi <sup>2</sup>, locandi vel comittendi universas possessiones, domos sive loca ipsius Hospitalis sive domus existentes, ubicumque in antedictis confinibus sita vel constituta, tam pro censu annuo quam redditione fructuum sive pro rata pecunie persolvenda sine tamen

<sup>1</sup> Vgl. über ihn: Blätter aus der Walliser Geschichte II. 263. Derselbe wurde als « clericus » an der Artistenfakultät der Universität Köln immatrikuliert am 11. Juli 1496.

<sup>2</sup> arrendare von arrenda Rente, kann auch pachten heißen, s. Du Cange.

alienatione proprietatis, venditionis, infeudationis vel locationis perpetue. Item sepedictus dominus constituens predicto procuratori *Petro* etc. dat sive tribuit potestatem in omnibus et singulis supradictis diocesibus, locis sive dominiis facultatem et potestatem, questas in omnibus et singulis hujusmodi locis necnon elemosinas recuperari, percipi aut fieri solitas, recuperandi, petendi atque percipiendi cum ea adjecta potestate casu, quo in omnibus et singulis premissis locis et patriis, terris ac diocesibus esse nequeat, possit et valeat idem procurator questas sive collecturas elemosinarum aliis probis et honestis viris tam spiritualibus quam secularibus arrendare, locare, committere sive commendare pro et solutione alicujus rate sive pretii pecuniarum juxta locorum diocesum terrarumque qualitatem et dispositionem. Iterum ac magis prelibatus dominus constituens prefato suo procuratori dat et contribuit potestatem facultatemque indulgentias<sup>1</sup> et apostolicam gratiam sepedicte prepositure, domui et hospitali *S. Nicolai* et *Bernhardi* aliunde et multipliciter elargitas et condonatas intimandi impartendi et publicandi ac earum gratiarum et facultatum vigore agendi sive dispensandi servato tamen tramite juris et honestatis, necnon impartendi christifidelibus benefactoribus ipsius Hospitalis. Item postremo et ultimo idem dominus constituens dat, concedit, ac impartitur sepedicto suo procuratori facultatem et potestatem duos vel tres alios aut plures, si rerum necessitas requirat, procuratores substituendi premissa omnia et singula ita, ut prescripta sunt, agendi, faciendi et exequendi. Et si opus fuerit, pariter potestatem donat et tribuit atque potestatem elargitur eidem procuratori super premissis omnibus et singulis in judicio et extra et coram quibuscumque judiciis spiritualibus ac temporalibus ordinariisve locorum agendi, prout necessitas requisierit, contestandi lites procedendique coram quibuscumque judiciis ac in quibuscumque tribunalibus ad omnes actus judiciales et singulariter singulas audiendas petendasque sententias etiam diffinitivas, appellandum et pronuntiandum inclusive ab hujusmodi sententiis et quoquam illorum gravamine illato. Item et in judicio procuratores cum simili potestate similiter constituendi. Item dat et concedit idem dominus constituens sepedicto procuratori suo potestatem et facultatem, ut, si quos alicubi terrarum et locorum premissorum invenerit aut repererit, se de questis rebus et proventibus prelibati

<sup>1</sup> Solche Ablassbriefe liegen vor vom 24. Sept. 1504 von Bischof Schiner und von 1506 von Julius II. ausgestellt. S. *L. Burgener*, Wallfahrtsorte der Schweiz II, 318. Ingenbohl 1864.

Hospitalis ingerentibus, possit et valeat eosdem arrestare, molestare et ab eis exigere, quodcumque nomine ipsius Hospitalis exegerint, habeant sive perceperint in iudicio et extra iudicium, sisti et iudicatum persolvi cum omni attributione potestatis in premissis omnibus et singulis necessariis et opportunis, etiam si talia forent, quod ad omnia et singulariter singula expediret esse mandatum magis speciale sive generale. Itaque quod neutrum alteri deroget et sit purus et simplex intellectus, ac si omnes et singule clausule singulariter singulis locis et rebus fuissent apposite. Ac omnia et singula pro opportunitate pro introclusis et expressis habere vult idem dominus constituens promittensque sub iuramento suo et fine boni prelati manu ad pectus pro iuramento apposita omnia et singula supra scripta habere rata, grata et pro gratis et ratis, aliaque circa hec necessaria fieri et observari solita observabit, complebit et efficiet fideliter et sine omni fraude sive dolo necnon sub hyppoteca et obligatione omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, presentibus testibus ad premissa vocatis pariter atque rogatis venerabilibus et eximiis providisque viris ac dominis d. *Petro Hertin*, curato *Raronie* ac presbitero et cappellano R<sup>mi</sup> d. *Episcopi Sedunensis*<sup>1</sup>, *Constante Keller* doctore iurium, *Bernensi* canonico<sup>2</sup>, *Johanne Reigmen*, balivo quondam patrie *Valesii*<sup>3</sup> ac me notario infrascripto . . .

Et ego *Waltherus Stelle*<sup>4</sup> pontificia ac imperiali auctoritatibus notarius, quia premissis omnibus et singulis interfui ac sic fieri vidi et audivi, idcirco hoc presens publicum procuratorium sive instrumentum manu propria scripsi ac peculiari notariatus mei signeto subsignavi (mit Notariatszeichen).

Gleichzeitige Kopie auf Pergament, unbesiegelt.

<sup>1</sup> Vgl. Blätter aus der Wall. Gesch. II, 388.

<sup>2</sup> Vgl. *Türler*, Der Berner Chorherr Constans Keller, in Berner Festgabe 1905, S. 239 ff.

<sup>3</sup> Johs. Riemen von Naters.

<sup>4</sup> Mag. Walter Sterren, nachmaliger Domherr und Dekan von Valeria, urkundet hier zum ersten Mal.

III.

*Hist Mus. Brig, Sammlung Joller, ungedruckt.*

*Im Auszug von Rivaз bei Luquez,*

*Etudes historiques sur l'établissement hospitalier du Grand St-Bernard, 116  
Paris 1849.*

**1510 [Anfang November], Luzern (?)**

**Memorial des Bischofs von Sitten zu Handen des Bischofs von Castelli.**

Lage des Bistums Sitten. Ausdehnung seiner weltlichen Herrschaft und ihre zeitweise Aneignung durch Savoyen vom Großen St. Bernhard bis zum Genfersee. Bitte um Übertragung der Propstei, um weiteren Anschlägen zu begegnen und das Augustinerstift daselbst den Herzögen von Savoyen zu entwinden, deren jüngster, noch unmündig, im Besitze anderer Benefizien, sich verhehlicht und der Kirche den Rücken gekehrt habe. Nahm deshalb im Interesse der Sittener Kirche, um den wichtigen Paß nicht in feindliche Hand kommen zu lassen, dieses Hospiz in seinen Schirm durch eine getreue Besatzung. Bei der Wichtigkeit des Passes für Engländer, Deutsche, Flamänder und Burgunder, müsse er in treuen Händen sein. Pflicht des Propstes, bei den Diözesansynoden zu erscheinen. Aufzählung der Dignitäten. Abnahme der Konventualen und Auflösung der Klosterordnung und des Gottesdienstes. Mangel an allem Nötigen zum Leben. Unentgeltliche Aufnahme und Führung der Fremden. Kleines Hospiz in Bourg-St-Pierre zur Aufbewahrung von Vorräten und Aufnahme von Reisenden im Winter. Vernachlässigung der Gebäude, der Paramente und der Wirtschaftsräume. Unterlassung der in den Satzungen vorgeschriebenen Kapitelsversammlungen\* im Hospiz oder Mißachtung derselben oder Beteiligung von Laien. Vergebung der besten Pfründen an Günstlinge des Herzogs, meist Laien, oder um Geld an Geistliche. Zur Abhilfe dieser Übelstände soll der Heilige Vater genanntes Hospiz dem Bischof von Sitten übergeben gegen Überlassung eines Teiles der Einkünfte an seinen Widerpart. Überläßt es dem Bischof v. Castelli, diese Eingabe nach Gutfinden abzuändern. Empfiehlt auch Konstanz Keller. Bitte um Bericht über Verabschiedung und Löhnung der Eidgenossen in päpstlichen Diensten.

Novit R<sup>mus</sup> d. *Castelli*<sup>1</sup>, quod ecclesia, civitas et patria *Sedunensis* inter medios montes interque *Italiam, Sabaudiam* et patriam *Helvetiorum* sita sunt. Deinde dono imperatoris episcopus pro tempore

<sup>1</sup> Achilles de Grassis, Bischof von Città di Castello am Tiber, von Bologna (1506–1516), päpstlicher Abgesandter und Richter im Jetzerprozeß, wurde 10. März 1511 Kardinal. Er befand sich als päpstlicher Nuntius in der Schweiz, 1509, April bis Ende Juli und war bei Ankunft der Schweiz. Botschaft, Anfang Dez. 1510, am päpstl. Hofe in Bologna, s. Eidg. Absch. III. 2, Nr. 385.

existens in tota patria *Vallesii* et fere in tota dioecesi est dominus temporalis, et, cum sit tantis vicinis et finitimis circumseptus, non mediocri circumseptione indiget post divinam tuitionem conservandi dominium ecclesiasticum et patriam. Et cum 800 annis, utque melius dicam, ex tempore *Caroli Magni*<sup>1</sup> citra episcopus *Sedunensis* dominio temporali potitus sit et usque in hanc horam eo potiatur dominus *Sedunensis*, non tamen sine maximis turbinibus et discriminibus belli motuum, ut persaepe tentatum sit, usurpatum iri hujusmodi dominium et patriam ab ecclesia undequaque sed maxime et atrocius a 400 annis citra per comites tunc, nunc vero et successive duces *Sabaudiae*, qui aliqui tertiam partem patriae, aliqui ipsam civitatem et semel duas partes occupaverunt, tunc divino auxilio episcoporumque tempore existentium perspectione et subditorum fidei pugna tandem inexpugnata permansit.<sup>2</sup> Et cum diu [per] praefatos comites vel duces patria a *Seduno* usque ad *Montem Jovis* ac usque ad lacum *Lausanensem* occupata de facto extiterit, a 37 annis citra pro majori parte ecclesiae restituta fuit.<sup>3</sup> Et quia continuo, ubi commoditas rei perficiendae occurreret, duces supradicti, latentes in insidiis, procul dubio aliqua in obnoxiam antedictae ecclesiae *Sedunensis* attentarent, cujus rei gratia modernus episcopus *Sedunensis* M. Sch. considerans, qualia praetenderent, supervenire posse, cavere volens *Hospitale* et domum *SS. Nicolai et Bernardi*, sub regula canonicorum *S. Augustini* et titulo praepositurae insignitam, quam fere 60 annis ex ducibus *Sabaudiae* fratres, nepotes vel pronepotes occupaverunt, et novissime illustris N., frater moderni ducis<sup>4</sup>, adhuc in cunis jacens, usque ad proxima tempora, qui, licet fixisset se ecclesiae dei dedicatum iri obtinuissetque in titulum vel commendam ecclesiam *Gebennensem* aliaque plura ecclesiastica beneficia cum praefata praepositura tenuisset, ecclesiae terga vertens, saecularibus se titulis dominorum, bellorum ac negotiorum se iniecit et, ut

<sup>1</sup> Über die angebliche Schenkung der Grafschaft Sitten an den Bischof durch Karl den Großen, vgl. *Schmid* in Bl. aus der Wall. Gesch. I. Bd. S. 9–13 (1895) und *R. R. Hoppeler*, Beiträge zur Geschichte des Wallis im Mittelalter, Zürich 1897, S. 141 ff.

<sup>2</sup> Vgl. *Hoppeler*, a. a. O., S. 252 ff. « Das Haus Savoyen als Landesherr im Unterwallis ».

<sup>3</sup> Diese Vereinigung geschah von Seiten des Walliser Landrates am 31. Dez. 1476, vgl. *Boccard*, Histoire du Valais, Genève 1844, p. 130. Deshalb ist wohl anzunehmen, daß der Kopist die Zahl 33 verlesen und 37 daraus gemacht hat (xxxvii statt xxxiii), was ja leicht möglich ist.

<sup>4</sup> Am 24. April 1491 im Alter von 3 Jahren; mag. Joh. Orioli vertrat ihn als Administrator s. *Wirz*, Regesten, IV. Heft, S. 180. Bern 1913.



fama fert, ad connubia convolavit: <sup>1</sup> Itaque praefatum Hospitale intra fines temporalis atque spiritualis jurisdictionis praefati d. episcopi constitutum, et praesentiens, quod jam dictum fuit, apostasse illustrem N., ut periculis et indemnitati ecclesiae *Sedunensis* consulere posset et, ne Hospitale praedictum, quod non solum intra fines sed in finibus ditionis et patriae *Sedunensis* passu et loco altissimo <sup>2</sup> [situm] in maleficas et inimicas manus incideret, verum facillime pericula et ad damna sibi episcopo, ecclesiae et patriae prodire possent et formidanda forent, domum sive Hospitale in suam custodiam ac potestatem recepit, muniendo numero aliquot peditum fidelium <sup>3</sup>, et sperans clementiae S<sup>mi</sup> D. N. ac providentiae sacrae *Sedis* Apostolicae ubi[cum]que perferruntur, discerent, providerent saepedictae indemnitati ecclesiae, et potius cum Hospitale praedictum abrenuntiante illustri N. ecclesiam in alias manus transire deberet (haberet), conferret sibi et commendaret S<sup>mus</sup> D. N. praelibato episcopo. Est et ibidem transitus per terras et patriam ecclesiae *Sedunensis Anglicis, Germanis, Flandrinis, Burgundis* aliisque nationibus in *Italiam*, ut propterea multis respectibus maxime hac tempestate <sup>4</sup> ecclesiae *Romanæ* et toti *Italiae* non parum conferat, in fidelibus manibus passum hujusmodi esse.

Praeterea idem episcopus *Sedunensis* ad sumendum dictum Hospitale in suam salvationem, ut praemittitur, aliis diversis necessariis motus fuit respectibus, qualiter praepositus Hospitalis praedicti sibi et ecclesiae tenetur ad juramentum et obedientiam comparandumque in synodo, <sup>5</sup> quae multis annis facere et adimplere non curavit. Et quia Hospitale saepedictum multis proventibus et redditibus, imo eleemosinis abundat, fuit de ordine et consuetudine in eodem Hospitali esse praeter praepositum unum vicarium, unum priorem claustralem, subpriorem, sacristam, cellerarium, elemosinarium perinde ac succes-

<sup>1</sup> Philipp von Savoyen (1491–1510), Bischof von Genf (1496–1510, Febr. 22), Bruder Herzog Ludwigs, verheiratete sich mit Charlotte von Orléans, vgl. *Gremaud* im Anz. für Schweiz. Gesch. III, 398 und *Duc*, La maison du Grand Saint-Bernard, Aoste 1898, p. 90.

<sup>2</sup> 2472 M. über Meer, vgl. den Artikel Sankt Bernhard in Geographisches Lexikon der Schweiz, IV. Bd. Sp. 389 ff., wo alles Nötige samt der Literatur verzeichnet ist. Dazu noch *Imesch*, Die Werke der Wohltätigkeit im Kanton Wallis, Neujahrsblatt der Hilfsgesellschaft in Zürich, 1901, S. 27 ff. und oben Nr. 1.

<sup>3</sup> Das geschah bei dem drohenden Krieg mit Savoyen im Frühjahr 1506, vgl. *Imesch*, Absch. I, 86, N. 6; 92, Nr. 1.

<sup>4</sup> Wahrscheinlich im Hinblick auf den Zug nach Italien, der im August 1510 den Weg über den Großen St. Bernhard einschlug.

<sup>5</sup> Das ist die einzige Nachricht, daß Schiner auch Synoden abhielt.!

sive multos religiosos in dicto Hospitali religiose et sub regula et sub oboedientia viventes, horas canonicas diurnas et nocturnas canentes ac missarum solemnias ac reliqua divina persolventes et successive in minuto numero <sup>1</sup> saltem usque ad 15 sive 10 perventum est, ut a certis annis citra nullus ibi fuerit prior claustralis vel subprior, sacrista vel cellerarius, imo non plures 5, 6 vel 7 sine quacunque regula, ordine, obedientia vel correctione viventes, qui nec, cum tam pauci extant, divina officia et horas, ut pertinet, exsolvere volunt nec exsolvunt, verum divinis laudibus, defunctorum animabus suffragiis detrahitur detractum. Et non servatur religio in Hospitali inter juga montium asperrima, ubi plerisque annis nives totaliter non evanescent, cis utroque ab utraque parte montis in distantia 3 leucarum vinum, bladum nec victualia crescunt, imo neque ligna, ut omnia illuc summo labore et impensis traducere oporteat. Excogitaverat sollicitudo fundatoris, ut illuc universi transeuntes divites quam pauperes omnium nationum benigne susciperentur refectio et hospitio gratis sibi exhibitis, imo brumali tempore familiares ad hoc certo numero conducere, qui inter nives et tempestates peregrinos ac transeuntes recto itinere ad Hospitale traducere solebant. <sup>2</sup> Primo a parte patriae *Sedunensis* infra Hospitale et *Burgum S. Petri* <sup>3</sup> debebat manuteneri unum Hospitale parvolum, et quod illuc ab Omnium Sanctorum festo usque ad Pascha ignis, vinum et victualia servari ibique transeuntes accipi, ne tempestate procellarum nivis intereant. In quibus omnibus maximi defectus a certis annis citra comperti sunt, et, pro dolor, plerique per devia montium inter nives, algorem glaciesque absorpti sunt morte, sic quidem et pauperes intra domum suscepti velocius abire saepe coacti non, ut decet, charitable tractati fuerunt. Deinde stat inculta domus, et praepositi pro tempore existentes, qui omnia sua voluntate et non moderamine statutorum domus juxta consilium religiosorum disposuerunt, nihil sua vel Hospitalis impensa reedificaverunt, sed neque in vestimentis et reliquo ornatu insita instituta Hospitalis instauraverunt, sed omnia attrita et lacera apparent. Cum tamen quivis praepositus proprium atque pretiosum ornamentum pro inductione sua et assistentium in officio habere

<sup>1</sup> Im Jahre 1461 waren es noch 36 Konventualen, s. *Wirz*, Bullen und Breven, in *Quell. z. Schweiz. Gesch.* XXII, Nr. 170.

<sup>2</sup> Über die Gründung vgl. *Rob. Hoppelev*, Beiträge zur Gesch. d. Wallis im Mittelalter. Zürich 1897, S. 284.

<sup>3</sup> Bourg-St-Pierre, auch Saint-Pierre le Mont-Joux genannt, am Passe auf der Walliser Seite, vgl. *Gremaud*, Documents du Valais t. I, Introduction x.

et afferre debeat, unde nec in ecclesia neque in officiis ornamentorum decor apparet, Hospitale quasi incultum et praeter instaurationem manet; humor, fetor et odor apparent. Accurrit prioribus: quia Hospitali undequaque tam in patria et diocesi *Sedunensi* quam *Augustana*<sup>1</sup> et alibi horrea granaria domus et stabula [desunt], quibus vina, granum et foenum et animalia Hospitalis suscipi et recondi solent, in plerisque illa locis et quasi ubique ruinae subjacent et desolationi.

Item de statuto Hospitalis saepedicti est: in festo S. Augustini<sup>2</sup> in ipso Hospitali universi religiosi, hinc inde in ecclesiis, prioratibus sive domibus existentes, convenire debent et pertractare de honestate et vita religiosorum, de proprietate et rebus Hospitalis, de adimplerione divinatorum officiorum ac tractabilitate pauperum et transeuntium diocesim (?) *Sedunensem*; fere in 30 annis, saltem in Hospitali, nullum tale capitulum celebratum, sed neque provisum fuit de necessitatibus praedictis. Et ubi capitulum (si) aliquod celebraverunt, vel cum nominari debeat hoc in obliquis locorum praeter solemnitates debitas, solius voto praepositi vel aliquorum, qui laici fuerunt, res agebantur, quod maxime in odium episcopi *Sedunensis* factum creditur, quod extra diocesim conventicula eorum transtulerunt. Postremo quia Hospitale tam sanctis rebus implendis institutum fuit multis bonis, beneficiis et eorum collatione donatum eo maxime, quia religiosi in Hospitali longo tempore commorantes propter intemperiem aëris, gelu et nivium, quae inibi assidue sunt, efficiebantur inflati, hydropici et incompositis corporibus, ut, cum pro corporibus recreandis, alleviandis oneribus et aliis respectibus beneficia vacabant ejus Hospitalis, collatione conferebantur bene meritis et necessitudinariis religiosis aliis, qui in eorum locum servitum subintrabant. Istis vero temporibus et annis praeteritis meliora beneficia collocata sunt extra religionem servitoribus et, ut melius dicam, adulatoribus ipsius illustris N. D. (?) et plerumque laicis et, si quandoque collata fuerunt religiosis, non tamen sine conventionem pretii pecunialis 40, 50, 60 vel 100, juxta valorem beneficii. Sunt et pleraque alia, quae in medium adduci possent, que brevitatis causa pertranseo. Itaque his respectibus licuisse, imo pertinuisse putat superintendere hujusmodi defectibus debere, cum, ut praeallegatum, in utraque jurisdictione sua spirituali et temporali Hospitale existat sitque res tam famosa, cujus defectus divinam et humanam

<sup>1</sup> Diözese Aosta in Italien.

<sup>2</sup> 28. August. Vgl. oben Nr. 3.

injuriam vivorum ac mortuorum defectum tendant. Imo existimat sibi nefas esse rem hanc sine circumspectione transisse et, ut de praemissorum veritate appareret, litteras testimoniales desuper susceptas emittit, in quibus defectus victualium et provisionis eorumque liquide apparet. Quod autem saluti Hospitalis religiosorum et pauperum, item et ecclesiae *Sedunensi* periculis cautum et consultum et aliis, quae praememorantur, provisum esset, quantum fieri a SS. [D] N. et S. *Sede* apostolica obtineri posset, optaret ac humillimis precibus efflagitaret ipse episcopus, ut sibi Hospitale saepedictum commendaretur et, ne sinistrorsum honestissimi motus supra allegati ipsi episcopo interpretentur, quod avaritiae vel livoris vel alterius cujuscumque causa commendam Hospitalis petat, non propterea pertinaciter resistere praetendit dispositioni SS. D. N. et ulterius, si non cum universis fructibus et proventibus, reservet S. S<sup>tas</sup> adversario suo quoddam eorum tertium, medium vel duas partes, imo totum residuum, quod necessitati Hospitalis impendendum convenit, dummodo Hospitale ipsum et pauperes transeuntes ac reliqua instauranda ipsi episcopo commendentur et Hospitali sua propria permaneant.

Superaddat R. D. *Castelli* reliquum et memoriale modeste confectum moderata eloquentia sua, componat plusque ac minus, ut S. P<sup>ti</sup> opportunum videbitur. Non existimo opportunum fore de re principali multa suggerere, cum ab alterius voto pendeat, rem tamen ipsam R<sup>mae</sup> S. D<sup>ni</sup> commendo sopiendam, sollicitandam et moderandam, ubi, quos, apud quos et qui. <sup>1</sup>

Item et pro d. *Constante* [aliquid] <sup>2</sup> novi rememorare et sollicitare non deberem; verum tamen pro debito meo quoque illius integer-

<sup>1</sup> Offenbar auf die gleiche Angelegenheit bezieht sich eine undatierte Instruktion von der Hand Supersaxos für den Sittener Domherr Melchior Lang (?) zu Handen des Papstes, wo es u. a. heißt: Ill. d. Philippus de Sabaudia cessit beneficiis suis et prefate prepositure Montis Jovis Sancto. Nicolai et Bernardi, eo quod situs ille montis prelibati sit fortissimus passus inter Alemanie et Italie terminos, quem Sedunenses populi non sine cruenta victoria acquisierunt et ablatum ipsis per comites Sabaudie ecclesie Sedunensi restituerunt. Si ipsi d. Sedunenses providere non consentirent de ipsa prepositura, S<sup>mus</sup> D. N. saltem a provisione alia absteineat, donec Ces. Maj<sup>as</sup> advenerit. Supplicant, quod S<sup>mus</sup> D. N. ipsi d. Sedunensi providere dignetur eo, quod passus fortis sit in dominio spirituali et temporali — nec aliunde tantis concessionibus facilis etc. — Vgl. die Kopie im B.-A. Sitten, Lade 102, Nr. 111. Die Abfassungszeit dürfte 1510 sein.

<sup>2</sup> Chorherr Dr. jur. Konstans Keller, Zeuge in der Ernennungsurkunde vom 3. März 1510, oben Nr. 3. Am 13. Aug. 1510 erhielt er vom Berner Rat eine Beglaubigung an den Papst, s. *Türler*, Konstanz Keller, in Festschrift des Hist. Ver. Bern 1905, S. 253.

rima fide ac sua in utrumque nostrum observantia illum D. V. R. commendo.

Et quia loqui coepi, superaddere hoc unum occurrit R. D. V. me citius, ut fieri poterit, avisatum reddat, quomodo pedites *Helvetiorum* a servitiis pontificiis, quibus pretiis, quot pagis fuerunt absoluti et persoluti, si denuo conducti vel una omnes semel licenciati jussi abire, vel si capitanei fraudem, dolum vel rapinam gesserint. <sup>1</sup> Nam et ego desuper litteras emisi R. D. *Papiensi* <sup>2</sup>, qui desuper nihil mihi respondit, ut certior factus de his omnibus valeam tanto liberius censere vel loqui aut moderantius, ne detractum sit SS. D. N., per omnia me impendere factis queam.

Hierauf folgt die forma juramenti, welche der Bischof Matthäus als Kommendator der Propstei des Großen St. Bernhard dem Papste schwört.

Diese Kopie des Memoriale ist angefertigt nach einem verlornen Original des Bürgerarchivs in Sitten, die Eidesformel aus einer besiegelten Pergamenturkunde mit der Bezeichnung: Signatum P. Cotini, cum sigillo plumbeo in canabea corda gerente: Julius papa II. Seduni, 29. Aug. 1738. Seb. Briguet, secretarius episcopalis.

Datum fehlt. <sup>3</sup>

<sup>1</sup> Bezieht sich offenbar auf den Chiasser Zug vom Aug.-Sept. 1510, vgl. Eidg. Absch. III, 2, 515, c. m.

<sup>2</sup> Francesco Alidosi, Bischof von Pavia, Kardinal-Legat der Romagna und der Marken, der am 7. Oktober 1510 wegen Hochverrates vom Herzog von Urbino gefangen genommen wird, s. *Pastor*, Geschichte der Päpste, III, 612.

<sup>3</sup> Die Datierung macht einige Schwierigkeit. Gremaud, der dieses Memoriale im Auge haben dürfte, verlegt es ins Jahr 1513, offenbar verleitet durch die Angabe, daß das Unterwallis vor 37 Jahren wieder an das Bistum zurückgefallen sei (vgl. Anz. f. Schweiz. Gesch. III, 398). Da aber hier wahrscheinlich ein Lesefehler des Kopisten vorliegt (s. oben S. 87 Anm. 3), so würden wir dadurch dem richtigen Datum 1510 näher kommen. Auf dieses weist die Erledigung der Propstei, die Verfügung vom 3. März 1510 (s. oben), sowie die undatierte Instruktion (S. 91 Anm. 1), die ebenfalls nur demselben Jahre angehören kann. Auch der Hinweis auf die Verheiratung Philipps von Savoyen (im Frühjahr 1510) machen das Datum 1510 wahrscheinlich. Endlich legt die Person des Adressaten, Achilles de Grassis, die Annahme nahe, daß dieses Memoriale vom Bischof von Sitten den beiden Abgesandten mitgegeben wurde, die mit seinen Aufträgen an Julius II. am 13. Nov. 1510 von Altdorf abgingen und am päpstl. Hofe viel mit Achilles de Grassis verkehrten. In diesem Falle dürfte es spätestens Anfang November 1510 angesetzt werden.

IV.

*Rom, Vat. Archiv, Reg. Suppl. 1364 fol. 146<sup>b</sup> Per devolutionem.*

*Kopie Schweiz. Bundesarchiv, ungedruckt.*

**1511, Octob. 18. Rom, St. Peter.**

**Andreas Kretz, alias Schiner, an Papst Julius II.**

Bittet um Verleihung der ledig gewordenen Propstei auf dem Großen St. Bernhard als « specialis gratia ».

Beatissime pater! Cum prepositura SS. *Bernhardi et Nicolai Montis Jovis* ord. S. Augustini, *Sedunensis* diocesis, nuper certo modo apud *Sedem apostolicam* non tamen per alicujus obitum [apud] eandem *Sedem* vacaverit et vacet ad presens, <sup>1</sup> supplicat humiliter V. S<sup>ti</sup> devotus illius orator *Andreas Cretz* alias Schiner, clericus dicte diocesis, devote creature vestre *Nicolai* tituli *S. Potentiane* presbiteri cardinalis *Sedunensis* nepos seu consanguineus, quatenus verum et ultimum dicte prepositure vacationis modum, etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, pro expresso habentes sibique specialem gratiam facientes preposituram predictam, que forsán conventualis est, et cujus fructus etc. 4000 ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, quovis modo et ex cujuscumque persona seu per liberam resignationem seu cessionem commende alicujus de illa in *Romana* curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam, constitutionem « *Execrabilis* » <sup>2</sup> vel capitulum de multa vacet, etiam si devolut. affect. specialiter vel quia conventualis existit aut ex quavis alia causa in litteris etiam dispositive vel conditionaliter etiam de necessitate exprimenda generaliter reservata litigios, cujus litis statum etc. existat, eidem oratori per cum, quoad vixerit, una cum omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et quorumvis ordinum regularibus, que in titulum, commendam vel administrationem forsán obtinet et pro tempore obtinebit ac pensionibus annuis etc. tenendam, regendam et gubernandam, ita quod liceat sibi de illius fructibus etc. disponere, alienatione tamen etc. commendare seu commendari mandare dignemini de gratia speciali. Non obstantibus etc. Fiat ut petitur J.

Et cum absolute a censuris ad effectum presentium.

Et quod obstantie beneficiales oratoris ac verus et ultimus dicte prepositure vacationis modus, etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, habeantur pro expressis vel exprimi

<sup>1</sup> Infolge Abfalls des bisherigen Inhabers, Philipp von Savoyen (s. oben Nr. 3, S. 88).

<sup>2</sup> Konstitution Johans XXII. über das Verbot der Kumulation von mehreren Benefizien mit Seelsorge, Corp. iur. can., Extrao. Joh. XXII, tit. III, cap, un.

possint. Et in commendam ad vitam una cum obtentis et obtinendis ac pensionibus annuis etc. ut supra. Et cum derogatione quorumcumque privilegiorum, indultorum et litterarum dicto ordini et illis locis generaliter concessis latissime extendendis ita, ut tollantur. Et quatenus defectum etatis<sup>1</sup> patiat<sup>ur</sup> supra tamen 14. etatis sue annum, illud exprimi.

Et tunc cum opportuna dispensatione super defectu etatis hujusmodi latissime extendenda, etsi aliquis esset possessor annualis etiam pacificus, illud exprimi possit. Et tunc opportuna derogatione regule de annuali habentes nomina, cognomina, gradus, qualitates detentorum ac tempus detentionis et causam, quare eidem jus non competat pro expressis.

Et quod omnium et singulorum premissorum ac circa ea necessariorum, etiam si dictus orator nondum esset clericali caractere insignitus et tunc de commenda hujusmodi ex nunc prout extunc ad vitam modo et forma premissis, postquam se caractere hujusmodi alias tamen rite fecerit insigniri, etiam qualitate dependentibus et annexis, si que sint, denominationis invocationis sit ac valor augendo aliorumque in et circa premissa necessariorum major et verior specificatio fieri possit in litteris. Fiat J.

Datum *Rome*, apud *S. Petrum*, XV. Kal. Novembris a<sup>o</sup> 8<sup>o</sup>.

V.

*Archiv Großer St. Bernhard, Nr. 175.*

**1512 (Sept. ?) 14. Thonon.**

**Dr. Jean de la Forêt an Ludwig Forrer, Küchenmeister des Gr. St. Bernhard.**

Einsetzung als Generalvikar auf der Propstei des Groß. St. Bernhard zur Ausübung der Befugnisse des Propstes für Reform der Disziplin, ausgenommen die Vergabung von Pfründen.

*Johannes de Foresta*<sup>2</sup>, decretorum doctor, sancte *Sedis* Apostolice protonotarius, decanus *Sabaudie Gratianapolitanus*, insignis prioratus s. *Petri Nantuati*, Ord. *Cluniacensis Lugdunensis* et inclite prepositure SS. *Nicolai et Bernardi Montis Jovis*, ord. *S. Augustini Sedunensis*

<sup>1</sup> Wir kennen das Geburtsdatum des A. K. nicht. Da er 1505 in Köln immatrikuliert wurde, so dürfte er um 1491–92 geboren sein.

<sup>2</sup> Jean de la Forêt, ein Edelmann aus der Dauphiné, Domherr von Genf und Mâcon (1481), Kantor der Kathedrale von Vienne, Commendatarabt von Peterlingen, intimer Rat und Beichtiger des Herzogs von Savoyen, ein Verwandter des Freiburger Staatsmannes Peter Falk, seit 27. Februar 1510 Propst vom Großen St. Bernhard, vgl. *Caspar Wirz*, Regesten zur Schweizergeschichte aus den päpstlichen Archiven, 4. Heft, S. 204, 253, 256. Bern 1913 und *Etienne Duc*, *La maison du Grand Saint-Bernard*, Aoste 1898, p. 91.

diocesum, prepositus commendatarius dilecto nobis venerabili d. *Ludovico Forreri*, religioso nostro et prefate prepositure celerario, <sup>1</sup> salutem. Circumspectio matura, discretio ac exacta industria, quibus te novimus insignitum, nos commovent, ut te circa negotia, que per nos non possunt personaliter adimpleri, rationabiliter statuimus ea consideratione moti te vicarium nostrum in predicta nostra prepositura *Montis Jovis*, cujus cura et administratio nobis in spiritualibus et temporalibus commissa est, <sup>2</sup> quoad spiritualia deputamus tibi que corrigendi et reformandi religiosos nostros, quos reformatione et correctione indigere noveris <sup>3</sup>, omniaque alia in dicta prepositura exercendi, que ad officium spirituale pertinent, beneficiorum tamen collatione nobis reservata, plenam concedimus tenore presentium licentiam et liberam potestatem usque ad nostrum voluntatis beneplacitum et dum benefeceris, eisque omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius et efficacius potuimus et debuimus possumusque et debemus, facimus, creamus et ordinamus nostrum verum et indubitatum procuratorem, actorem, factorem et negociatorum nostrorum et dicte prepositure gestorem ad comparendum nomine nostro coram quibuscunque iudicibus quacunque dignitate fungentibus in iudicio et extra ac nos et bona nostra quecumque defendendum cum potestate alios procuratores loco etc., sustinendi et destituendi etc.

In quorum fidem et testimonium has litteras, quas per secretarium nostrum confici et sigillo nostro muniri jussimus, datas *Thononii* in domo prioratus ipsius loci, die 14<sup>a</sup> mensis Se(ptembris ?).

Original. Schön erhaltenes Siegel des Joh. de Foresta.

<sup>1</sup> Erscheint als Vertreter des Stiftes bei einer Vereinbarung mit Bischof Matthäus Schiner, namens des Administrators Joh. Orioli, in einem Streit um Grundstücke bei Martinach, Sitten, 2. Oktober 1503. Archiv des Großen St. Bernhard, ohne Signatur.

<sup>2</sup> Jedenfalls seit Frühjahr 1510. Andreas Kretz, alias Schiner hat ihm diese umsonst streitig zu machen gesucht und ihn unterm 30. Oktober 1511 als « adversarium intrusum » vor den päpstlichen Gerichtshof der Rota citiren lassen, auf Veranlassung des Martin Schiner. Vgl. die Kopie der Citation im Archiv des Großen St. Bernhard, Nr. 173. Es scheint, daß das Urteil Julius II, zu Gunsten de la Forêts zunächst unentschieden blieb, s. Nr. 67.

<sup>3</sup> Vgl. die Eingabe Schiners vom Frühjahr 1510, oben Nr. III.



VI.

*Arch. Vatic. Reg. Vatic. 1017 f. 3, ungedruckt.*

*Regest bei Hergenröther, Nr. 1191.*

**1513, März 19. Rom. St. Peter.**

**Breve Leo X. an Peter Grand, Canonicus von Sitten.**

Berufung Martin Schiners gegen die Uebertragung der Propstei auf dem Großen St. Bernhard an Jean de la Forêt durch Julius II.

Anordnung neuer Prüfung der Besitztitel und eventuell Kassation derselben.

Leo etc. — Rationem congruit et convenit honestati, ut ea, que de *Romani* pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu littere apostolice desuper confecte non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum si quidem unquam prepositura *SS. Nicolai et Bernardi Montis Jovis* ordinis s. *Augustini Sed.* dioces., quam dilectus filius *Philippus de Sabaudia* illius *Lugdun.* dioces. ex concessione Apostolica nuper in commendam obtinebat, commenda hujusmodi ex eo, quod dictus *Philippus* illi per certum procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus felicis recordationis *Julii* pape II, predecessoris nostri, sponte et libere cesserat <sup>1</sup> ipseque predecessor cessionem hujusmodi duxerit admittendum cessante adhuc eo, quo ante commendam ipsam vacaverit modo, vacuisset et vacaret, tunc idem predecessor illam sic vacantem dilecto filio *Johanni de Foresta*, qui se gerebat pro clerico <sup>2</sup> per eum, quoad viveret, tenendam, regendam et gubernandam, per suas litteras commendari mandavit, prout in illis, in quibus, quod dicte prepositure et illi annexorum fructus redditus et proventus 1300 ducatorum auri de camera <sup>3</sup> secundum communem estimationem valorem omnium non excedebant, expressum fuit, plenius continebatur. Et deinde prefato predecessori pro parte dilecti filii *Martini Schyner* <sup>4</sup>, illius dicte dioces. notarii etc. tunc fuit expositum

<sup>1</sup> Im Frühjahr 1510, seit Verheiratung Philipps von Savoyen, vgl. oben, Nr. 3 und *Wirz*, Regesten IV, 180.

<sup>2</sup> « Adversus quendam Johannem de Foresta, assertum clericum, adversarium intrusum » heißt es in der Citation des Andreas Kretz vom 30. Oktober 1511.

<sup>3</sup> Dieses Einkommen wurde 1492 auf 1500 Golddukatn geschätzt, s. *Wirz*, Regesten V, 228.

<sup>4</sup> Sohn des Kaspar, eines Bruders des Kardinals, mag. art. apostol. Notar und Dekan von Valeria, dem der Kardinal die Propstei auf dem Großen St. Bernhard übergeben wollte, s. oben, Nr. 5. Derselbe hatte in Köln und Basel studiert, wurde 1512 Rektor der Universität Basel, s. *Thommen*, Die Rektoren der Universität Basel, Festschrift, Basel 1910, S. 23.

quod fructus, redditus et proventus predicti tempore dato dictis (?) litterarum longe plus valuerunt et valebant, licet 6000 ducatorum similium secundum eandem existimationem dictum valorem non excederent. Idem predecessor attendens, quod veris existentibus premissis sibi existens littere predictae surreptive merito essent censende ipsaque prepositura tunc adhuc rite prefertur, venire nesciretur, licet dictus *Johannes*, ut eidem predecessori pro parte ipsius *Martini* etiam expositum fuerit, preposituram predictam litterarum earundem pre-textu per certum tempus intra tamen annum tunc detinisset et detinere indebite occupatam ac volens dicto *Martino*, qui, ut asserebat, in 16. vel circa sue etatis anno constitutus et dilecti filii nostro *Mathei* tituli *S. Potentiane* presbiteri cardinalis etiam tunc episcopi *Sedunensis* nepos existebat ob grata devotionis obsequia, que ipse *Martinus* eidem predecessori et *Apostolice Sedis* eatenus impenderit et tunc sollicitis studiis impendere non desistebit necnon vite et morum honestatis aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam suam etiam fide dignis testimoniis juvare perceperat, ut commodius sustentari valeret, de alicujus subventionis auxilio providere promissorumque obsequiorum et meritorum suorum intuitu, gratiam facere specialem ipsumque *Martinum* a quibusvis excommunicationis etc. censuris — absolutum fore censentes, necnon omnia beneficia ecclesiastica etc. — que dictus *Martinus* in — commendam obtinebat et expectabat — verumque et ultimum dicte prepositure vacationis medium, etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultat, pro expressis habens, sub die vid. 8. kal. Julii, pontificatus sui anno 8, voluit et concessit certis in diebus datum in mandatis, quatenus ipsi vel 2 aut 1 eorum vocatis dicto *Johanne* et aliis, qui forent evocandi de premissis prefato *Julio* predecessori expositis auctoritate Apostolica diligenter se informarent, et si per informationem hujusmodi ita esse repperirent, litteras predictas surrepticias et invalidas fuisse et esse dicta auctoritate declararent, prout de jure foret faciendum. Et nihilominus, si declarationem hujusmodi per eos fieri contingeret, preposituram predictam, que conventualis existebat quovis modo et ex cujuscumque persona seu per liberam cujuscumque resignationem de illa in *Romana* curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem Jo. Ja. felicitis recordationis *Johannis XXII* pape, etiam predecessoris nostri, tunc sui, que incipit « *Execrabilis* »<sup>1</sup> vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacaret, etiam

<sup>1</sup> Vgl. oben S. 92, Anm. 2.

si tanto tempore vacavisset ut etc. — Discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum vocatis dicto *Johanne* et aliis, qui fuerunt evocandi de premissis prefato *Julio* predecessori expositis auctoritate nostra vos diligenter informetis et, si per informationem hujusmodi ita esse repperiretis, litteras *Julii* predecessoris hujusmodi surrepticias et invalidas fuisse et esse eadem auctoritate nostra declaretis et nihilominus, si declarationem hujusmodi per vos vigore presentium fieri contingerit, preposituram predictam, dummodo dicta die 8. kal. Julii non erat in ea alicui specialiter jus quesitum, cum omnibus juribus et pertinentiis supradictis dicto *Martino* per eum juxta voluntatem, concessionem et decretum *Julii* predecessoris hujusmodi tenendam, regendam et gubernandam dicta auctoritate nostra commendare curetis inducentes per vos vel alium seu alios eundem *Martinum*, recepto tamen prius ab eo nostro et *Rom.* ecclesie nomine fidelitatis debite juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, solito juramento, vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem preposituram juriumque et pertinentium predictorum et defendentes inductum, amoto exinde dicto *Johanne* et quolibet alio illicito dententore ac foventes *Martinum* vel pro eo procuratorem suum etc. XIV. kal. Apriles pont. nostri a<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. 1512.

## VII.

*Rom, Vat. Archiv. Reg. Suppl. 1400 fol. 215<sup>v</sup>. Si neutri.  
Kopie im Schweiz. Bundesarchiv, ungedruckt.*

**1513 April 16. Rom St. Peter.**

**Supplik des Auditor der Rota Wilh. Crosador an Papst Leo X.**

Entscheidung in dem Streit zwischen Johann de Foresta und Martin Schiner um die Propstei auf dem Großen St. Bernhard zu Gunsten des ersteren.

Beatissime pater ! Cum lite in *Romana* curia coram certo causarum palatii apostolici auditore seu locum tenente inter devotum oratorem vestrum mag. *Johannem de Foresta*, canonicum *Gebennensem*, *Sedis apostolice* protonotarium et quendam *Andream Brecht* (!)<sup>1</sup> alias *Schiner* et forsitan nonnullos alios, qui se gerunt pro clericis<sup>2</sup>, super prepositura *SS. Nicolai et Bernardi* montis *Jovis* ord. *S. Augustini*, *Sedunensis* diocesis, et illius seu certarum illius questarum spolio, que alias certo

<sup>1</sup> Soll heißen Kretz.

<sup>2</sup> Vgl. oben Nr. VI.

modo vacans eidem oratori Apostolica auctoritate commendata, seu quod commendaretur, mandatum extitit in prima instantia indecisa pendente, et in qua ad nonnullos actas citra tamen conclusionem extitit, a nonnullis assertur neutri seu nulli dictorum collitigantium in dicta prepositura vel ad illam jus competere : Supplicat humiliter S<sup>ti</sup> V. dictus orator, quatenus verum et ultimum dicte prepositure vacationis modum, etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, pro expressis habentes sibi que specialem gratiam facientes, prefato auditori seu locum tenenti aut in ejus locum surrogato vel surrogando, ut si per eventum litis hujusmodi sibi constiterit neutri seu nulli dictorum collitigantium in prefata prepositura vel ad illam jus competere preposituram predictam, que conventualis est, et cujus et annexorum fructus etc. 1500 ducatorum auri de camera secundum communem existimationem valorem annum non excedunt, quovismodo et ex cujuscunque persona seu per liberam resignationem cujuscunque de illa in dicta curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem « Execrabilis » vel capitulum de multa seu assecutionem etc. vacet etiam si devolut. affect. specialiter vel quia dignitas conventualis existit, ut prefertur, aut ex quavis alia causa, que in litteris etiam dispositive exprimi possit, generaliter reservatur, seu inter aliquos alios litigiosos, cujus litis statum etc. existat, eidem oratori per eum, quoad vixerit, etiam una cum omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura, secularibus et regularibus, quibus in titulum vel commendam obtinet et imposterum obtinebit ac pensionibus annuis etc. tenend. etc. Ita quod liceat sibi de illius fructibus etc. comendet in forma gratie, si neutri, si nulli, si alteri vel alicui aut surrogationis etiam quoad possessionem, quatenus opus sit, seu nove commende aut perinde vel etiam valere seu alias, prout opus fuerit, committere et mandare dignemini de gratia speciali, non obstantibus etc.

Concessum, ut petitur, in presentia D. N. pape P. cardinalis S. *Eusebii*. Et cum absolute etc. — Et quod obstantie beneficiales oratoris ac verus et ultimus dicte prepositure vacationis modus, etiam si ex illo quevis generalis resignatio etiam in corpore juris clausa generalem reservationem importans, si qua forsan alia quomodolibet resultet, que etiam dispositive exprimi possit. Et cum gratificatione opportuna pro oratore extendenda. Et quod littere in forma gratie si neutri, si nulli, si altri vel alicui aut surrogationis etiam quoad possessionem, quatenus expediat, perinde et etiam valere seu nove commende aut

alias, prout utilius videbitur, fatendo, si opus fuerit jus oratori non competere et causam, quare simul vel separatim expediri possint. Et quod statum litis ac nomina et cognomina judic. et collitigantium etiam aliorum, si qui sint et quis possideat, major et verior specificatio singulorum premissorum qualit. invocation. annex. eidem dependent. nomina, cognomina et valorem augendo vel minuendo usque ad verum valorem regula non obstante ac denominatione aliorumque necessariorum fieri possit in litteris.

Concessum etc.

Datum *Rome*, apud S. Petrum, XVI. kal. Maii anno 1<sup>o</sup>.

